

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

63. Hanc prodit Principi. Uti & responsoriam. Quam dexterè resectam. In  
Urbem perfert.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1560.

rat absg<sub>z</sub> ignominiā sui, aut fidem  
server lubsq<sub>z</sub> exitio nostri. Agat quē  
solet fide & industria, ut præsentia tan-  
dem mala terminentur.

63.

*Hanc**Principi**prodit.*

Eques ille ante menses circiter duos  
in Castris militārat; útque specimen da-  
ret fidei, fortitudinisque, etiam locu-  
cum Nagelio, postulārat occasionem.  
confestim homini author fuit, ut simila  
defectione Civitatem ingredeleretur, adjun-  
geretque se equitatui urbano, traderet  
*Perannium*, istis diebus perfidē pro-  
gum, inter irruptiones, vel captum va-  
neci. Eâ hactenus opportunitate frustra-  
tus, ut primū nunc Urbe egressus es,  
*Nagelium* convenit. Inde ad Principen  
Castrā tunc casu lustrantem illico ducit  
epistolium, è fistula sclopi minoris (qui  
abdiderat) dextrè exertum demissè offerit  
Princeps, laudatā fide, ac duplicato stu-  
tim triginta imperialium viatico donatum,  
sponsōque redeunti præmio multò auctio-  
re, in Hollandiam dimittit. Tertio Idū  
Novembribus creditam sibi chartulam *Ai-*  
*zemano* Hagæ tradit. Et quanquam  
omnem is lapidem movebat, ut aurum  
Batavorum aucuparetur. Monasteriensibus  
faventiorem, cum tamen id nullo posset  
ingenio obtainere, decretum Reip. Equi  
reddit vigesimā nonā Octobris sub hac  
formā latum.

1660,

*Expensis precibus favore Monasteriensium ab Aitzema Patrono toties iteratis decretum est, nihil spei ab hac Rep. Monasterio superesse, nisi projectum amplectatur.*

Et privatâ ipsus pagellâ Monasteriensibus suadet projecti acceptationem, si quidem ab *Uti &* Ordinibus opis aliquid exoptent. Id ipsum *respon-* sentire; & ita consulere fautorem *Civitatis foriam.* Principem Nassovium Frisiæ Gubernato-rem. Prxstet námq; aliquam habere Remp. quam nullam.

Eques istâ papyro oneratus præproperato itinere Westphaliā relegit, ac denuò Princi-pi se s̄istit præsentem. Cui in primis gratum fuit Ordinum decreto, hactenū arcano eru-diri. Sed ut dolum faceret Monasteriensibus, fortè non inutilem, acceptâ forfice postremam decreti lineolam (quæ verba hæc, *nisi projectum amplectatur*, speciatim contine-*Quam* bat) tantâ resecat dexteritate, ut nihil frau-Dexterè dis notari posset, nec ex reliquâ decreti sum-resectâ. mà Civis aliud conficere, quam desperatum nunc esse omne ab Hollandiis auxilium. Pa-gellam *Aitzemani*, quod ignotis charac-te-ribus exarata esset, Ordinum sententiâ con-tentus, intactam reliquit; & equitem libe-ralius donatum, amplisque lactatum promis-sis, si parem in posterū constantiam proba-ret, in Civitatem liberum dimisit.

Cives avidè redeuntem excipiunt, inque  
K k domum

1660.

*In Ur-  
bem per-  
fert.*

domum Senatoriam è vestigio ductum, tamen benignius, lautiisque habent, quanto mulata viarum difficultas, vita periculum perpetuum frigus, perduransque adhuc latitudo, hominis figmenta, majorem promitteri humanitatem videbantur. Circumferunt passim, & ut quisque cupidus erat res Batavicarum, Equitem varie demulcent. Ipse vero continuatae secreti simulatione quamvis non obscurè indigitaret lausta, quamdiu multorum cupidinem sustentauit donec è minoris sclopi fistula, credita papyrum operosè profert. Displacuit illis Ordinum mens; nec minus, post explicatos characteres, consilia Aitzemani amplexum projecti denuo suadentis.

64.

*Civium  
conser-  
natio.*

Erant in Urbe non pauci, quibus ea cum Batavis amicitia tractatusque jam pridem improbabantur; rati consultius futurum si quæsitâ popularium interventu concordiam, Principis gratiam præhaberent. Sed alij, qui desperata reconciliatione sibi mutuebant, nunc Principis fævitiam, nunc Provinciarum benevolentiam extollendo, tractis eâ susurratione in partem anima plurimorum, facilius prævaluerunt. Ex iis autem novis, quæ nunc è Belgio adferuntur, nata consternatio, Civitatem dictam aliquot suspensam habuit. Verum ut in spem pronæ sunt periclitantium mentes, fiduciâ Batavorum subinde erigebanur.

Fortè